

DUNS SCOTUS O APRIORNÍM A APOSTERIORNÍM POZNÁNÍ

Ordinatio I, dist. 3, pars 1, q. 4, n. 234

Odpovídám, že pokud jde o tento typ poznání, smyslové vnímání není jeho příčinou, nýbrž pouze příležitostí k němu – rozum totiž nemůže mít jiné poznání nesložených [termínů] než to, které načerpá od smyslů. Jakmile však takové poznání získá, je ihned ze své vlastní síly schopen tyto termíny skládat. Je-li pak díky těmto termínům složení evidentně pravdivé, rozum mu vysloví souhlas na základě termínů a svojí vlastní silou, nikoliv silou smyslového vnímání, od něž tyto termíny z vnějšku převzal. *Příklad:* Když rozum načerpá ze smyslů pojem *celek* a pojem *být větší než* a složí z nich propozici *každý celek je větší než jeho část*, vysloví s tímto složením souhlas ze své vlastní síly a na základě termínů, a nikoliv pouze proto, že viděl termíny spojené ve skutečnosti (tj. tak, jako vyslovuje souhlas s propozicí *Sókratés je bílý* proto, že vidí, že jsou termíny spojené ve skutečnosti).

Ba co více: tvrdím, že i kdyby všechny smyslové vjemy, z nichž tyto termíny pocházejí, byly nepravdivé, anebo (což oklame ještě snáze) kdyby některé byly pravdivé a některé nepravdivé, rozum by se v těchto principech neklamal, neboť by mu byly vždy přístupné [jejich] termíny, které by byly příčinou jejich pravdivosti. Je to podobné, jako kdyby někomu, kdo je slepý od narození, byly ve snu zázračně vtištěny vjemy bílé a černé, a zůstaly by mu i po probuzení. Kdyby pak [jeho] rozum na základě abstrakcí z těchto vjemů složil propozici *bílá není černá*, nemýlil by se v ní, ačkoliv byly její termíny získány z chybného smyslového vnímání. Příčinou pravdivosti této negativní propozice – a sice příčinou, jež působí nutně – je totiž formální pojmové vymezení termínů, které rozum takto načerpal.

Respondeo – quantum ad istam notitiam – quod intellectus non habet sensus pro causa, sed tantum pro occasione, quia intellectus non potest habere notitiam simplicium nisi acceptam a sensibilibus; illa tamen accepta, virtute sua potest simul componere simplicia, – et si ex ratione talium simplicium sit complexio evidenter vera, intellectus virtute propria et terminorum assentiet illi complexioni, non virtute sensus a quo accipit terminos exterius. Exemplum: Si ratio ‚totius‘ et ratio ‚maioritatis‘ accipiantur a sensu, et intellectus componat istam ‚omne totum est maior sua parte‘, intellectus virtute sui et istorum terminorum assentiet indubitanter isti complexioni, et non tantum quia vidit terminos coniunctos in re – sicut assentit isti ‚Socrates est albus‘, quia videt terminos in re uniri.

Immo dico quod si omnes sensus essent falsi, a quibus accipiuntur tales termini, vel quod plus est ad deceptionem, aliqui sensus falsi et aliqui sensus veri, intellectus circa talia principia non deciperetur, quia semper haberet apud se terminos qui essent causa veritatis: utpote si alicui caeco nato essent impressae miraculose in somniis species albedinis et nigredinis, et illae remanerent post, in vigilia, intellectus abstrahens ab eis componeret istam ‚album non est nigrum‘; et circa istam non deciperetur intellectus, licet termini accipiantur a sensu errante, – quia ratio formalis terminorum, ad quam devenit, est necessaria causa veritatis huius negativae.

O tom, co se poznává druhým způsobem, totiž o poznatcích ze zkušenosti, říkám, že i ten, kdo měl zkušenost pouze s mnoha jednotlivými případy a nikoliv se všemi, resp. nikoliv vždy, ale pouze často, přece neomylně ví, že je tomu tak vždy a ve všech případech – a sice na základě následující propozice uložené v duši: *cokoliv nastává často díky nějaké nesvobodné příčině, je přirozeným účinkem této příčiny*. Tato propozice je rozumu známá, i kdyby snad její termíny byl získal z oblouzených smyslů, protože nesvobodná příčina nemůže „často“ produkovat takový účinek, k jehož opaku je [přirozeně] zaměřena, nebo k němuž svojí formou není zaměřena...

Někdy se však princip, který jsme poznali ze zkušenosti, již nepodaří redukovat na žádný vyšší princip zřejmý z termínů, nýbrž zastavíme se u zjištění, že to tak v mnoha případech je, přičemž časté spojení termínů poznáváme ze zkušenosti. Příkladem je poznatek, že bylina určitého druhu je pálivá. Zde nelze nalézt žádný dřívější střední pojem, pomocí něž by bylo možné tento atribut o subjektu dokázat *propter quid*, nýbrž musíme se u něj zastavit jako u prvotního poznatku založeného na zkušenosti. A přestože je nejistota a omylnost takového poznatku vyloučena onou propozicí *častý účinek nějaké nesvobodné příčiny je jejím účinkem přirozeným*, jedná se o nejnižší stupeň vědeckého poznání. Možná zde dokonce nejde o poznání aktuálního spojení termínů, nýbrž pouze aptitudinálního – pokud je totiž oním atributem nějaká samostatná věc od subjektu odlišná, mohla by být od subjektu bezrozporně oddělena, a zkušenost by tudíž nespočívala v poznatku, že to takto je, nýbrž že to má sklon takto být.

De secundis cognoscibilibus, scilicet de cognitis per experientiam, dico quod licet experientia non habeatur de omnibus singularibus sed de pluribus, neque quod semper sed quod pluries, tamen expertus infallibiliter novit quia est et semper et in omnibus – et hoc per istam propositionem quiescentem in anima: ‚quidquid evenit ut in pluribus ab aliqua causa non libera, est effectus naturalis illius causae‘; quae propositio nota est intellectui licet accepisset terminos eius a sensu errante, quia causa non libera non potest producere ‚ut in pluribus‘ effectum non libere ad cuius oppositum ordinatur, vel ad quem ex sua forma non ordinatur...

Quandoque autem est experientia de principio, ita quod non contingit per viam divisionis invenire ulterius principium notum ex terminis, sed statur in aliquo ‚vero‘ ‚ut in pluribus‘, cuius extrema per experimentum scitum est frequenter uniri, puta quod haec herba talis speciei est calida, – nec invenitur medium aliud prius, per quod demonstretur passio de subiecto propter quid, sed statur in isto sicut primo noto, propter experientias: licet tunc incertitudo et fallibilitas removeantur per istam propositionem ‚effectus ut in pluribus alicuius causae non liberae, est naturalis effectus eius‘, tamen iste est ultimus gradus cognitionis scientificae. Et forte ibi non habetur cognitio actualis unionis extremorum, sed aptitudinalis. Si enim passio est alia res, absoluta, a subiecto, posset sine noctradictione separari a subiecto, et expertus non haberet cognitionem quia ita est, sed quia ita aptum natum est esse.